habendo ſufficientem conſenſum, ſiue Plenipotenci:
am, coram actis Caſtren' Brzeſten', factam, ad m:
fraſcripta peragenda et mſcribenda, à nobilibus
Christmo. Alberto, et Toma, Cziepłmſkie, fratri:
bus ſuis, poſſeſſoribus Aduocacie m villa nra Klo:
bia, cauendo de ratihabicione eorndem, publi:
cè et per expreſſum recognouerunt, talem mter ſe
qua ſequitur commutacionem, feciſſe, nunc3 face:
re. Primum ipſe Generoſus Nicolaus Trzebucho:
wſki. Cubiculi mri Prefectus, Burgrabius Crac'.
Brzeſten', Lelowien', Rogozneńq3 Capitaneus, ac
villæ predictæ nræ Klobia. Volens prouentus Ca:
pitaneatus mri Brzeſten' augere, predicto nobi:
li Nicolao Cziepłmſki, vnà cum nobili Lauren:
tio, filio Christm Cziepłmſki, ipſius ex fratre
nepoti, et nobilibus, Christmo, Alberto et Tho:
ma Cziepłmſkiem fratribus, illms poſſeſſoribus
Aduocacie, m memorata villa nra Klobia, ad
predictam Aduocatiam villæ nræ Klobia, m
vm commutacioms, dedit eos tres manſos deſer:
tos agri, m bonis villæ nræ Klobia iacentes, qm
magis contigui Aduocatiæ predictæ ſint, ita pro:
ut m ſuis metis et lmitibus, antiqua conſuetu:
dme contmentur, et ab alns vicms diſtmcti ſmt
cum omnibus et ſmgulis eorm vtilitatibus, et
reddibus generaliter vniuerſis, nllis penitus

reſeruatis, ad eos ex antiquo quoquomodo pertmen.
cum totali prafatorum manſorum hereditate, iure
domino et proprietate, nihil ſibi et ſuis Succeſſibus.
villa predicta mra Tenutariis nris reſeruando. ſed
tolum in ipſos eorunq3 Succeſſes Aduocatia predi-
cta poſſeſſores, tranſfunden.o Inuicem ipſi Nobiles
Nicolaus Cziepliſki, vnà cum Nobili Laurentio
filio Chriſtini Cziepliſki, ſuo ex fratre Nepote,
et Nobilibus, Chriſtino, Alberto et Thoma Czie-
pliſkie, fratribus ſuis, poſſeſſoribus Aduocacie,
in villa mra Klobia. Ipſi Generoſo Nicolao Trze-
buchowſki Cubiculi nri Prefecto, et villa pra-
fata Tenutario, Molendinum Aduocaciale, ad
dictam Aduocatiam pertinens, ad praduum vil-
la nra, eiſdem Klobia, modo comutacionis decerut,
cum omnibus et ſingulis eius emolumentis, et ce-
teris vtilitatibus, et redditibus, ad hoc ipſum molen-
dinum ex antiquo pertinen, nullis penitus exce-
ptis, cumq3 omni iure domino, et proprietate, ni-
hil ibidem pro ſe, et eius ſuccebus, eiſdem Aduo-
catia poſſeſſoribus reſeruando. Ita, quòd hoc
ipſum molendinum, ipſe Generoſus Nicolaus Trze-
buchowſki, vnà cum predicta villa, eodem iure
quo et predictam villam, tenebit et poſſidebit,
et deinde nos, vel q, qui ſucceſſuri ei, in hanc
villam nram, voluntate mra ſunt, tenebunt et poſ-
ſidebunt, cum omnibus et ſingulis, emolumentis

O pertmentiis, attmentiisq3, mllis penitus exceptis
Et ſmiliter dicti Nobiles, Nicolaus Cziepłmſki
vnà cmm Nobili Laurentio filio Nobilis Chriſti-
ni Cziepłmſki, ſuo ex fratre Nepote, et etiam No-
bilibus Chriſtmo, Alberto, et Thoma Cziepłmſkie-
mi, fratribus ſuis, poſſeſſoribus dicte Aduocatie
in villa mâ Klobia, pradictos tres lancos, eccl̃e
iure et aduitalitate, quo et qua, et dictam Aduo-
catiam tenent et poſſident. et deinde ii qui eis in
dictam Aduocatiam, voluntate mâ ſucceſſuri ſmt
cmm ommibus et ſmgulis vtilitatibus, et reddiți-
bus illorum generaliter uniuerſis, mllis excepti
ita latè, longè, et circumferentialr̃, prout ſe ex-
tendmt, proutq3 in ſuis metis contmentur, et ab
alijs manſis vicinis, diſtmcti quoquomodo ſmt.
cmmq3 omni iure, dominio, et proprietate, vnà cmm
Aduocatia, tenebmt, habebmt, poſſidebmt, eiſq3
pacificè et quietè vtentur et fruentur. Promit-
tmusq3 pro nobis, et nr̃is Succ̃bus, q eosdem fra-
tres Cziepłmſkie, in vſv et poſſeſſione, eorum tri-
manſorum deſertorum, ad extrema eorum vita tem-
pora, quemadmodum et ni Aduocacia conſerua-
bmus, et nr̃i Succ̃res conſeruabmt, iamq3 exmi
eosdem lancos, eidem Aduocacie, demceps adĵ-
iunctos et amexos eſſe volumus. Et iam exmi
dant ſibi inuicem, in xta commutacionem ſupra-
memoratam, in eadem intromiſſionem, et actua-

lem possessionem, per mmisterialem quemcunq3 iam
sibi per nos additum. Quamquidem commutacom
mitter prafatas partes modo praemisso factam, & req3
et commodo, pradii mi, villa nra Klobia esse fu:
turam mtelligentes, autoritate mra Regia, appro
bamus, ratificamus et confirmamus, in eamq3 con-
sentimus, decernen' eam, et omnia in ea contenta,
robur debitum et perpetuum esse habituram. Ita
tamen, ut iam demceps Predictum Molendinum ad
Pradium nrum, villa praedicta mra, pertmeat. Iu:
ribus nihilominus nris Regiis, ibidem salvis, per
omnia manen'. In cuius rei fidem. &c. Datum Kra:
snostavii die 1. Augusti. Anno dm M. D. L. VIII.
Regm nri

tio

Aduitalitas G: loan=
mi Widawski Vicecа=
pit.° Sxradiensi, su=

per Arcam, in qua domum et piscinam, sumptu &
mpensis suis extruxit, circa Ciuitatem Sxradien'
exnt: à duabus partibus, à fluuio dicto Slodow:
ka fluen', super molendinum Sxradien', à tercia hor:
ti Arcis, à quarta uero Pascuarii siue salicum,
penes finem dicti Pascuarii, jacen', data. Litera
m forma Cancellaria, extradita', loco die et anno

Confirmacio constitucionis contubernii Ciuium Przemislien.

Sigismundus Augustus.

In nomine domini Amen, ad perpetuam rei memoriam. Solent Reges et Principes, quorum memoriam volunt esse perpetuam, ea leris mandare. Idcirco Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Addu-ctos nos esse, tum interccessione Magci Spithomis Iordan de Zakliczin, Palatini Sendomirien, Przemislien, Camenacenq; Capitanei precibus, pro fraternitate et Contubernio, Auxifabrorum, Pictorum, et Stamnifusorum Przemislien ad nos facta, tum etiam cripso Ciuitatem nram Przemislien, ad meliorem condicionem, peruenire cupientes, constitucionem contubernii et fraternitatis, in Opificio vniuscuiusq; supramemoratorum Auxifabrorum, Pictorum, et Stamnificum, predicte Ciuitatis nre Przemislien, secundum articulos inter ipsos, in singulorum Opificio, et ante hucusq; obseruatos, à Consulatu eiusdem

Ciuitatis illis Ittmè admissos, et eos qm̃ in Ciuita-
tibus nr̃is Cracˀ vel Leopolienˀ, in ſmm libus Opifi-
ciis, in xta concessionem et donationem nr̃am ob-
ſeruari, Ittmè ſmt soliti, confirmandam appro-
banˀ, et ratificanˀ duximus, confirmamuſq3, ratifi-
camus et approbamus l̃r̃is hiſce nr̃is. Decernen-
eam et omnia in eis contenta, in omnibus eius pun-
ctis, clauſulis, articulis, et condicionibus, robur de-
bita et perpetuæ firmitatis habituram. Eo autem
adiũcto, et expreſſè addito, vt nemini ex ſingu-
lorum opificio, tam in Ciuitate prædicta Prze-
mißlienˀ, quàm etiam extra in Suburbio eiuſdem Ci-
uitatis non accepta, cum eis prius fraternitate ſiue
Confubernio, artem ſuam exercere liceat, ſub pœ-
nis Confubernis eiuſmodi prædictis, obſeruari ſolit.
Salua tamen Conſulatus mei Przemißlienˀ, legiti-
ma, et à maioribus meis, nobiſq3 ipſis data autori-
tate. In cuius rei fidem. &c. Datum Kraſnoſta-
vii die I. Auguſti. Anno domini M.D.L.VIII°
Regni mei XXIX.

R fio

Remissio pœnæ infradescriptæ pro Alberto Kostkowicz Lubaraczki.

Sigismundus Augustus. etc.

Significamus presentibus literis. &c. Quod cum Nobilis Nicolaus Wiesznyński, transmarini Salis, in terris nris Masouie Inquisitor, Nobilem Albertum Kosthkowiez Lubaraczki, ad penam, quod transmarino sale vteretur, contra publicas constitucionis, in iudicium Castren Plocen, vocauisset, ac ibi iudicium illud, ex partium controuersia, penam luere debere, dictum Lubaraczki decreuisset, vadiis duplicatis interpositis, si eam subire recusauisset. Quo actio cum esset ad nos per appellom deuoluta, nosq; in ea, quod nis postulabat, decreuissemus, prout decretum nrum in ea latum lacius complectitur. Adducti tamen Consiliariorum nrorum pro dicto Lubaraczki, precibus, eam penam statuta in eos, qui vti sale transmarino, contra constitucionis publicas, audent, quamuis ad ulteriorem processum, partes ad illud iudicium, à quo ad nos hec actio deuoluta erat, remisissemus, dimittendam huiciisti Lubaraczki duximus, atq; ab ea liberum illum facimus. Mag.co q; Andree de Golczewo, Palatino Raven, et Plocen Capitaneo demuncian. Mandamus, ut ab vlteriori exequtionis processu, ad quem partes à iudicio mo, ex decreto mo remissa fuit supersedeat, neq; illi aliquod in ea re amplius faceret negotium. Pro gratia mea. In cu-

uis rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est impressum. Datum Krasnostaui die 11 Augusti Anno domini M. D. L. VIII.°

Lo

Composicio, occasione infrascriptorum inter Generosos, Stamislaum Oborniczki, Skora de Gai & Matiam Sirosławski

Sigismundus Augustus &c.

Significamus &c. Quòd venien? personaliter ad præsentiam nram?, Generosi, Stamislaus Oborniczki Skora de Gai, ex vna, et Matias Sirosławski, partibus ex altera Receden? à terris et districtibus suis quibusuis, et huic iurisditioni nræ? præsenti, quoad actum præsentem se incorporan?, palam, publicè et per expressum recognouerint, talem inter se, occòne infrascriptorum fecisse composicionem, in eum, qui sequitur modum. Quòd prafatus Generosus, Stamislaus Oborniczki, eidem Generoso Matia Sirosławski, et eius

Successoribus, se et suos successores praesentibus
inscribit et obligat, dum bona Oppidi oBorm:
ki, vigore decreti, inter ipsum Stanislaum, et em.
dem Matiam ac Stanislaum Splawski, per nos
promulgandi exemerit: et vigore eiusdem exem:
ptionis, possessionem ipsorum assecutus fuerit. Ex:
tunc in quatuor septimanis, ab accepta possessione
eorundem, vigore praedicti mri Decreti, per ipsum
de manibus, tam ipsius Matiae Sirosslawski, quàm
praefati Stanislai Splawski, ut praemissum est e:
xemendorum, debebit et tenebitur eidem Matiae
Sirosslawski, ac se suosq3 Succres praesentibus in:
scribit, et obligat, quartam partem Oppidi Obor:
niki, medietatem vezt eorum bonorum, quae no:
do praemisso ab ipsis Matia Sirosslawski, et Stani:
slao Splawski, exemptuxus est, in summa mille
et sexingentorum flor peccuniae, apud acta Ca:
stren Posnanien, modo obligatorio inscribere et
obligare, atq3 eandem modo praemisso inscriptum
mi pacificam et effectualem possessionem, cum omni
ure ac dominio, et proprietate, ac omnibus eorun:
dem bonorum vtilitatibus, provventibus et obuen:
tionibus vniuersis; ad eadem bona antiquitus per:
tinen tradere, ac literas originales super eadem
bona, quae ipsi Stanislao Oborniczki, in exemptio:
ne bonorum praedictorum per praefatum Stanisla:
um Splawski, et Matiam Sirosslawski, reponentur

eidem Matiæ Sirosslawsshi, apud acta præfata Po:
snamen', pro tempore præfato, in manus dare. Nec:
non ratione eorundem bonorum, debebit et tenebi:
tur eidem Matiæ, dare et admittere, liberam mã:
sionem, aut in medietate arcis Obormicen', aut in
tota et nitegra Curia, ipsuis Stanisslai Obormiczki
propria ibidem in Obormiki sitta. Et hoc sub vadio
decem millium flor', peccuniæ communis, numeri &
monetæ Regni mei, eidem Matiæ Sirosslawski, et
eius Succebus, ad soluen' succumben'. Quamgnidem
quartam partem bonorum prædictorum, per præfa:
tum Stanisslaum Obormiczki, eidem Matiæ Siro:
slawski, modo præmisso inscriben', et obligandam, id'
Matiæ Sirosslawski, tenebit, habebit, et possidebit
in summa præfata, pacificè et quietè, et nec de ea:
dem quarta parte, per ipsum Stanisslaum, aut eius
Succres, redim' poterint, aut summam præfatam le:
uare, et de eisdem bonis condescendere cuiqz debe:
bit, donec et quamdiu præfatus Stanisslaus Obor:
niczki, eidem Matiæ Sirosslawski, aut etiam ipsemet
Matias Sirosslawski solus per se ipse, mxta composi:
cionem factam, medietatem Aduocaciæ Obormicen
de manibus supramemoxati Stanisslai Splawski, quo:
uismodo acquisuerint, vendicauerint, aut assecuti
fuerint, ac tum demum et non prius, debebit et tene:
bitur præfatus Matias Sirosslawski, dum vezt pose:
sionem, focuis et nitegræ Aduocatiæ Obormiczen'.

assecutus fuerit, ab ipso Stanislao Obormiczki sum-
mam prafatam Mille et Sexingentorum flor recei-
pere, et de bonis predictis condescendere, easq3 ori-
ginales, super bona prafata habitas eidem resti-
tuere. Dem etiam prafatus Stanislaus Oborm-
czki se et suos Successores presentibus inscribit et
obligat, eundem Matiam Sirosławski et ems Suc-
cessores, in vsufructv ommium prouentuum et sin-
gularum obuentionum Aduocatiæ Obormcen,
absq3 quouis iuris strepitv conseruare, et nec q̃micq3
prouentuum antiquitus prouenientium ipsi et
euis Succebus admittere. Necnon idem Stanislaus
Obormiczki se presentibus inscribit et obligat, Ge-
nerosam Doroteam de Lekno, Generosi olim Jo-
annis Grabski Castellani Krusswicien relictam
in libera mansione in arce Obormicen, in qua et
ad presens moram degit, ad tempora vitæ ipius
Doroteæ extrema, conservare, ac post mortem ems-
dem Doroteæ, Succebus ipsius rimationem duarv
septmanarum admittere, et eandem non prapedi-
re. Quæqmidem omnia et singula pramissa in
presenti inscriptione contenta, et expressa, vtraq
pars, se et suos Successores, sibi mvicem et suis Suc-
cessoribus inscribmt et obligant tenere et adim-
plere, sub vadio supra expresso, decem millium
flor, pecuniæ communis per partem in eius Suc-
cessoras huic inscriptiom contrauenien parti eam

mscripționem, et eius contenta adimplenti, et ipsmis
partis Succebus, ad soluen' succumben'. Pro quoquid'
vadio seu vadiis, si se pars non satisfaciens huic con:
concordie et eius Succes non satisfacien', ratione
cuiusl3t rei, tam in parte quàm in toto, non exequu:
te seorsum citare permiserit, ad quodcunq3 iudici:
um tre aut Castren' Regni mi, sine etiam ad pra:
sentiam mam, vbicunq2 locorum protunc, etiam ex:
tra Regnum, cum Curia nra' faliciter constituti
fuerimus, in eodem primo termino, tanq3 peremptorio
talis pars stare, parere, respondere, ac vadio praefa:
to satisfacere debebit, et tenebitur. Eundem primu'
terminum vera vel simplici infirmitatibus, neq3 pro
maiori differen', neq3 ad quietacionem, nisi ad acta
Castren' Posnamen', dilacionem sibi recipien', appella:
tiones cum motiombus, à Iudicio non satisfacien',
quibus ommibus se praesentibus abrenunciant. Immo
eisdem non obstan' poterit, pars huic concordie,
satisfaciens, partem non satisfacien', vel hinc in:
scriptiom contraucnien', in eodem primo termino con:
demnare, in suo lucro toto, non euaden'q3 eandem
partem satisfacien' pro' praemissis, et singulis omn:
bus inscriptione contentis, et expressis, bello, col:
loquio, Conuentione, generalibus, Statutis nouis
et consuetudinibus Regni laudatis et laudandis
ni contrarum non obstan', neq3 praescriptione tru
nullisq3 alijs modis exquisitis, et exquirendis,

ſuo et ſuorum Succerum, ſub amiſſione tocius cauſe
Et nihilominus vadium prefatum ſuccumben, et pro
eodem ſatiſſacien, vtiqz premiſſa omnia et ſingu-
la, in preſenti inſcriptione contenta et expreſſa,
prefata pars contrauenies facere et complere te-
nebitur. Cum omnibus et ſingulis condicionibus, clau-
ſulis et articulis, in preſenti inſcriptione ſupraex-
preſſis, ſub alijs ſimilibus, et ſpecialibus vadijs, par-
ti ſatiſſacien, et cuius Succebus, per partem contrauc-
mien ad ſoluen ſuccumben, tocies quoties ipſis parti-
bus, et eorum Succebus opus fuerit. Quamquidem
inſcriptionem premiſſam, nos ratam et gratam
haben, eandem auctoritate nra Regia, approban
et confirmandam duximus, approbamusqz et confir-
mamus preſentibus. In cuius rei fidem. etc. Datum
Krasnoſtauii die ii Auguſti. Anno dm MDLVIIIo.

Rſio

Aſſignatio 40 tuma-
rum ſalis, ex Zuppis
Bidgoſtien, per G: Sta-

miſſaum Niegolieuſki, quolzt amo, ad tempora
vitæ ſuæ extrema euehendaqo, pro qualibet tun-
na ſalis, marcam vnam, mx Statutum Regni
numeran. Literæ in forma ſolita Cancellariæ
extraditæ. Loco die et amo, quibus ſupra.

Confirmatio lrarum pro parte No: Stanislai Niedrwiczki aduitalitatem super villam Strączkow in se contmentium.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. Exhibitas esse coram nobis par: gameneas lras. Venerabilis et Religiosi Iacobi Ko: mormiczki. Abbatis, tocúsq3 Conuentus Monasterii Koprzinmiczen. et Ordinis Cistercien., nomine No: bilis Stanisslai Niedrwiczki, sanas, saluas et inte= gras, nullaq3 in parte suspectas, et sigillis appensis prafati Abbatis, et tocius Conuentus munitas, Ad: uitalitatem emisdem Nobilis Stanisslai Niedrwiczki, super villam Sthraczkow, in se, contmen. Supplicatuq3 est nobis, per certos Consiliarios meos, emisdem Nobi: lis Stanisslai Niedrwiczki, nomine, ut eas approba: re et confirmare dignaremur. Quarum tenor est isse. In nomine domini amen. Quoniam omnes hu: mana actiones, sub tempore gesta, a memoria sepe hominum desciscunt, ac cum ipsius fluxu tempo= ris fere deperecunt, in nihilum quoq3 redigunt= nisi literarum roborata fuerint munimine. Pro: inde Nos Iacobus Komorowiczki, Diuina paci=

entia Abbas, Stamislaus Prior, Adamus Supprior,
Gregorius Senior, Martinus Cantor, Adamus
Custos, Laurentius Subcustos, Stamislaus Buxi-
farius, Paulus Coquina Magr, totusq3 Conuentus
fratrum Monasterii Coprzivnicen', Ordinis Ci-
stercien', Crac' vero Diocesis. A Hendeñ bona Mo-
nasterii mri Sthraczkow, ab annis plurimis deser-
tata, ac Cmetonibus seu Incolis prorsus carentia,
Volentesq3 huic incommodo opportuno, succurere, re-
medio, quo et Monasterii prouentus adaugean-
tur, et ipsa bona Straczkow ad pristinam sortem
deducantur. Cum autem id per nosipsos nequaq3
ad effectum deduci perpendamus, et praesertim ob
penuriam lignorum, pro aedificiis pertinen'. Visum est
igitur nobis, id per subordinatam aliquam perso-
nam deduci ad effectum facilius posse. Habentes
itaq3 apud se satis commendatam et humanitatem
et amicitiae integritatem Generosi Stanislai Rie-
dewiczki, vicini mri charissimi, nobis et Monasterio
meo, iampridem bene meriti, conseruatiq3. Volen'
hanc animi illius et amicitiae in nos propensita-
tem adaugere, feruentioremq3 in dies reddere po-
steriores, de vnanimi omnium nrum voto, consilio
et assensu, eamipsam villam Monasterii mri Stra-
czkow, ad tempora vitae, praefati Generosi Stani-
slai Riedewiczki extrema, concedendam et in-
scriben' duximus, prout et praesentibus concedi-

mus et inscribimus, hinc als̄ à data præsentium vsq
ad extrema ipsius Generosi Stamislai Niedzwiczki
vitæ tempora, ita latè longè et circumferentialiter pro-
ut soli bona ipsa, tenuimus, et prout in suis metis et
limitibus, ipsa bona nra Straczkow, diuisa smt, et
distincta. Et hoc cum omni iure, dominio et proprie-
tate, et generaliter cum omnibus pertinentiis, vtilita-
tibus, prouentibus, quoquomodo nuncupatis, et ad ipsa
bona Straczkow, antiquitus spectan̄, ac de iure quo
modocunq3 pertinen̄. In quaquidem villa Straczkow
præfatus Generosus Stamislaus Niedzwiczki, octo
Cmetones suis impensis, locare, ac domos eisdem ut
moris est, construere. Boues quoq3 ad arandum, et
alia necessaria dare et conferre tenebitur. Singu-
lis quoq3 annis, pro festo Diui Martini, in Autumno
præfatus Generosus Stamislaus Niedzwiczki, nobis
et Succebus mis̄, de eisdem bonis Straczkow, pensio-
nis sex marcas pecunias, dare tenebitur. Pro decī-
ma quoq3 de eadem villa Straczkow proueniente,
pro coquina fratrum, per marcas quinque pecū nu-
meri Polonicalis, pro suprascripto tempore, annis sin-
gulis soluere nidilatè, astrictus erit, quam diu in hu-
manis aget. Post mortem autem præfati Generosi
Stamislai Niedzwiczki, ea ipsa bona Straczkow, ad
nos seu Succes̄ mos̄, et Monasterium meum pleno
iure, et absq3 quouis strepitu iuris, ac renitentia
et contradicione Succesūm, prædicti Generosi Sta-

missari Niedrwiczki, vocabitur, ac denoluentur
In quorum ommium fidem, robur, et testimoniu
sigilla mea subappendimus. Actum et Datum in Mo:
nasterio meo Coprziwnicien, feria tercia post con:
ductum Paschæ proxima. Anno domini millesimo
quingentesimo, quinquagesimo primo. Præsentibus
nobilibus, Ioanne Zbigniowski, Ioanne Bangal:
ski, Andrea Siemiatkowski, Luca Borzikowski
testibus circa præmissa. NOS itaq; Sigismun:
dus Augustus Rex supranominatus, supplicatio:
ni vti iuste, benigne annuentes, literas superius se:
ptas, approban, et confirmandas duximus, appro
bamusq; et confirmamus pntibus literis meis. Decer:
nen eas, si tamen præfatus Stanislaus Niedzwi
czki, in possessione prædictæ villæ Strączkow fue:
rit, vnm et robur debitæ firmitatis obtinere de:
bere. In cuius rei testimonium. etc. Datum in
Krasnistaw die ii. Augusti. Anno dni MDLVIIIo
Regni nri xxix

Rō Bendi in Chro pa:
tris domini Ioannis Prze:
zembski, Nominati Epi
Chelmen, & Regni Po:
lonie Vicecancellarij.

Responsum Sac. R. Mtis ex Comitia Russie.

Quòd Sacra ac Sexma Mtas R. nobis subditis suis, et gratiam suam Regiam, clementer offerre, dignata est, et voluntatem paternam, cum ad omnium florentissmi Regni sui, tum imprimis harum Prussiæ terrarum, salutem conseruandam, leges et consuetudines tuendas, declarare dignata est, habemus atq; agimus illmis Mtti R: gratias, non pro studiorum iac pietatis illmis R. Mtis, magnitudine, sed pro virili mea, ac om studio, atq; conatu deinceps curabimus, ut tantam gratiam in subditos suos fideles semper memores et gratos contuliſſe. Mtas sua videatur.

Ex. Nuntio illmis Mtis R. in proximè preterita Comicia, ad nos misso, abundè et reuerenter recognouimus, et ipsi per nos facile suspicamur, quantis sumptibus Mtas illmis, in bellum Liuonicum fiscum suum exhauserit. Quantis autem deinceps Mtas illmis indigeat auxiliis, ad irruptionem barbari hostis vindicandam, et prouidendum, ne excursionem nouam faciat,

quod moliri fertur, cum antea, tum ex Nuncio
S. Mtis illius, nunc ad nos misso, etiam accepi-
mus.

Est igr nobis magno dolori, fines Regni Mtis vrae
Regiae, graui incommodo affectos, earumq; acco-
lis, non mediocre damnum datum esse, ab eo hoste
qui nec pacis, nec belli, nec vlla foederum iura nouit

Etsi autem ad eiusmodi Regni onera releuanda, nos
teneri haud nemimimus, tamen illms Mtis ratio-
bus, hoc rerum statu, haud dubie non fuissemus de-
futuri, ad testandam studium fidem, et obseruanti-
am meam, quemadmodum quidam ex ordinibus non
obscure sese declararunt, nisi in reddendis minus
officiose lris, illms R. Mtis, et seruis quam opor-
tuit nonnihil erratum fuisset. Reddita enim sunt
lrae illms Mtis domins Consiliarns, potissimum
ns, qui nuncios vocandi ad Comicia habent pote-
statem; alns triduo, alns quatriduo, ante Comi-
ciorum diem. Quo factum est, ut plurmi Nuncio-
rum trum, adesse Comitns non potuerint, sine
quibus aliqmd in coe statuere, quod ad omnes at-
què pertineat, parum nobis conueniens, nec satis
consultum esse videbatur.

Quare Mtem suam R. dominum nrum clementis-
simum, supplices rogamus ut veterem dimittenda;

rum Lrarum Suarum morem, obseruari mandare di-
gnetur. Qua res et ad dignitatem Lrarum illmi M.
et reipub: negocia expedicius obeunda, et ad postu-
lationes commoduis obtinendas, plurimum videtur
pertinere. Rogamus item humiliter, ne M: Sua R.
hanc nram cunctacionem seu dilationem, peticionis
illmis Mtis in deteriorem partem accipiat. Neq3 quod
necessario et coacte fit propter ordinum absentiam
non nro, sed literarum errore, data opera et consulto
fieri Mtas illmis R existimet.

Caeterum quod illmis M. Regia, referre ad nos digna-
ta est, qua superiori anno in Comicis Varsouien,
Ordines Regni a S. illnis Mte flagitarunt, in causa
vnionis constituendæ. agnimus item Mti Suæ gratias
Verum non dubitamus illmis Mtem R. pientissimum
et iusticiæ ac religionis observantissimum Principe
illo responso, quod ante aliquot annos illmis Mti de-
dimus, contentam fore. Neq3 Mtem Suam R. qua est
in subditos suos semper fideles et obsequentes, pa-
terna benevolentia, qua summa in om leges et Pri-
vilegia fide, iusticia et religione, hanc nobis soli-
citudinem iniecturam esse existimamus, ut crebra
istius vnionis mentione, iuxibus libertatibus, ac
Priuilegiis nris partis, fide observantia, necnon
sanguine maiorum morum, erga duos Principes
suos S. illmis M. Regia maiores perpetuo timea-

mus. Nonaliud caput quam Sacram ac Ser.mam
M. vram Regiam, dominum nrum clement.mum nec
vllum aliud corpus, cui vniti, conunctiq et miserti, si-
mus, quam Regnum Poloniæ agnoscimus. Et citius
vel vitam ipsam ereptam nobis patieremur, q3 vt
ab hoc tempore auellamur. Itaq3 cum hæc haud
semus, cuius vnionis petitio, ni detrimentum li-
bertatis mæ, priuilegiorum et consuetudinum spe-
ctare videtur, ne ei petitioni illmis Mti vllum locu
exemplo suorum maiorum dare velit omnibus p-
cibus, quàm humillmo studio petimus, ac rogamus.

Postremo, quòd Mtás sua R. Culmen iuris ni cer-
tam formam redigendi, nos sepuis dignatur admo-
nere, ut Iudiciorum varietates et difficultates,
tolli possint, agnoscimus, plus q3 paternam illmis
Mtis beneuolentiam et gratiam, nec possumus il-
lmis Mti eo nomine dignas satis gras agere, qui
quod ab aliis peti solet, vltro illmis Mtas subdi-
tis suis dignatur concedere. Iam ni hoc studium
et operam nram conferimus, curaq3 nobis est se-
dulo, ut opus captum perficiatur. Quod quia
seriùs fit Mtem illmis suppliciter rogamus, ne
id mra negligentia, verum rei difficultati, adsc
ptum esse velit.

Castellanatus Gnesnen. G: Nicolao Trzebuchowski Camerae Regiae, &c. Praefecto. datus.

Sigismnndus Augustus. &c.

Notum facimus per praesentes Irās, quorum interest vniuersis. CVm in mandandis reipub: honoribus, merita imprimis virtutemq3 eorum, quibus mandantur Ispectari oporteat, cum quòd ii, eiusmodi praecipue hominibus debeantur, tum q reipub: interfit, iis potissimum quorum virtus, quàm maximè probata sit, eius consilia et rationes tractandas committi. Itaq3 cum Generosus Nicolaus Trzebuchowski, Camerae nrae Praefectus. Buxgrabius Crac', ac Brzestēn Rogoznen', Lelowienq3 Capitaneus, ita in Aula nra iam pridem versaretur, vt cum multa eius obsequia erga nos merita in nos existerent: tum in iis, omnis illius observantia, officium, fides illius, erga nos constaret, abundèq3 testata nobis illius, et prudentia, et in omni virtutis officio integritas esset. Quibusquidem rebus, non solum ad gratiam nram, alq3 ad eos munerum quos consequutus est gradus, nobis sese probauit, sed etiam effecit, ut se dignum iudicaremus, qui per nos amplioribus reipub: ho-

noribus decorare tur; cum vt promerita virtutum
suarum premia, ferret. tum vt eo maiorem illarum
reipub: nauandarum facultatem habere possit.
Q Vamobrem vacante Castellanatv Gnesnen.
Mag.ci Erasmi de Crethkow, Castellani Gne:
snen, et Pizdren Capitanei, obitv, eundem illi
conferendum duximus, conferimusq3 per presen:
tes lras, ad extrema vitæ illius tempora. sev ad
amplioris dignitatis assecutionem, ab eo retinen:
dum, cum omni dignitate, iure, commodis, quæ
ei ipsi Castellanatui, legibus atq3 consuetudi:
ne Regni debentur. Volumus tn ut nihilominus
præfens, in obsequiis meis, atq3 in officio Præfe:
turæ Cubiculi permaneat. Q Vod vniuersis
et singulis quorum interest, nominatim verò
Dignitariis, Officialibus, cæteris q3 Equestris
ordinis subditis meis, terræ Calissien. denun:
ciamus: mandantes, ut eum ipsum Magcum Ni:
colaum Trzebuchowski, Castellanum Gnesnen
agnoscant, atq3 illi de omnibus, quæ ad eum di:
gnitatis huiusce ratione pertinent, respondeant,
responderiq3 faciant. Pro debito suo et gratia
mea. Datum in Brzesczie Lituanico decimo die
mensis Augusti. Anno domini M.D.L.VIIIo. Re:
gni vero nri XXIX.

Rtho ut supra

Remissio, siue quietacio 900 flor. ex Capitaneatv Crasnostauiẽ, G: Nicolao Bogus

Sigismundus Augustus. &c. Significamus &c. Quòd cum Generosus Nicolaus Boguss, Tribunus Lublinen, et Capitaneus noster Crasnostavien., iussv et mandato nro. pro aedificiis arcis, sev Curiae nrae Krasnostavien, in aduentum nrum reficiendis, mille et quingẽ flor. grossos quindecim, et denarios quatuor, numeri et monetae communis, exposuisset, atqꝫ id, facta coram nobis sufficienti ratione se exposuisse abundè demonstrasset. Nos immemitati ipsius prospicere volen. Ipsi in rationẽ expensi, nomingentos flor, quos ex eoipso Crasnostavien Capitaneatv, nobis et fisco nro soluere, inferreqꝫ tenetur, quosqꝫ pro anno praesenti inferre debuit, remisimus, remittimusqꝫ, ac eundem de illis quietamus, literis hisce meis, reliquum verò centum vꝫt, et quingẽ flor, grossos quindecim, et denarios quatuor, ac praterea centum flor, quos Oppidanis Crasnostavien, ex eadem arenda innouauit, tum quicquid amplius in eadem aedificia et alios vsus nros, expenderit, eidem in arenda, anni futuri, vꝫt millesimi, quingentesimi, quinquagesimi nomi, demonstramus, quos sibi ex

eadem Axenda. demere defalcareq3 debebis, In cu
ius rei fidem. etc. Datum Crasnostavñ xvii Au:
gusti. Anno dñi M. D L. VIIIo. Regni nri xxix

SIgismundus Augustus
Rex 1531

Confirmatio literarum infradescriptar. pro parte Famati Ioannis Aduocati de Labina.

SIgismundus Augustus &c. Significamus. &c.
Exhibitas esse nobis literas pargameneas. sub ti:
tulo et sigillo. Ill.rium olim. Stanislai et Ianussii
Mazouiæ Ducum, emanatas, pro parte Famati Io:
annis Aduocati de Labiná, obligationem in vim
lapsus, in certa summa peccuniæ, duorum manso:
rum agri, ad Aduocatiam in Labna, pertinen?, in
se contnen?, sanas, saluas, et integras, nullaq3 in
parte suspectas. Supplicatumq3 esse, ut eas autho:
ritate nra Regia, approbare, ratificare, et confir:
mare dignaremur. Quarum tenor sequitur. Sta:
nislaus et Ianusius. Dei gratia Duces Masouiæ,
Russiæ, etc. Significamus tenore pñtium, quibus ex:
pedit vniuersis. Quia ex Regestro, Iudicii terre:
Culmen?, de anno domini millesimo, qmngentesimo

vigesimo secundo, feria sexta ante dominicam Roga-
cionum secunda, facta est nobis plena fides. quomodo
coram iudicio personaliter constitutus nobilis Alexius
olim Mathie Thiska Aduocatus de Labna, recogno-
uit, quia duos mansos mensura Culmen? sua Aduoca-
tie possessionales, super bonis Labna, quos annualim
obligauerat, iuxta librum superiorem. Prouido Io-
anni, olim Pauli Aduocati de Borkouo, eidem Ioanni
Aduocato de Borkouo, in tuiginta tribus sexagenis
et vigiti grossis grossorum in medii, infra hinc ad
decem festo septimanarum decursum, continuè se sequen-
cium omnibus et singulis vtilitatibus, fructibus, cen-
sibus, agris, pratis, exclusis, dominio et proprietate
et generaliterè cum obuentionibus vniuersis quibus-
cunq; nominibus et cognominibus vocentur, nihil
sibi, nec suis ltimis Succbus reseruan?o obligauit,
casu, quo si non exemerit, aut quouismodo exeme-
re neglexerit, ad tempus prafatum, extunc prafa-
tos duos mansos, cum vtilitatibus pranominatis, vt
praemissum est, ipse Alexius ad eundem Ioannem
pdet, et amittet perpetuè et in eum. In cuius rei
testimonium sigillum meum mediocre, presentibus
est appensum. Datum in Zambrouo feria secunda
proxima, ante festum Sanctorum trium Regum.
anno domini, millesimo, quingentesimo, vigesimo
quarto. NOS itaq; Sigismundus Augustus
Rex prafatus, supplicationi emsmodi, vti iusta,

benigne amuen, literas hic inſertas autoritate
ma Regia, approban, ratifican, et confirman, du-
xmus, uti qmdem approbamus, ratificamus, et co-
firmamus huic hiſce nris, decernen eas, et oma
in eis contenta, robur debitum, quantum de iu-
re eſt, et qtts in poſſeſſione eorum, ad eam vſq
diem obtinere debere. In cuius rei. etc.
Datum, loco, die, et anno quibus ſupra.

Rtio

Capitaneatus Pisdren Mag.co Andreæ de Koſczielieczs Palatino Caliſſienſi &c. datus.

Sigiſmundus Auguſtus etc. Significamus &c.
Quòd cum tota de Koſczieliecz familia, virtu-
tem et fidem ſuam, erga maiores nros, ac rempub:
Regni huius ſemper probamiſſet, præſtitiſſetq; ſe-
dulo ſtudium et obſeruantiam ſuam, in omni offi-
cio, quod vel à ſubditis fidelibus, vel prudentibus
grauibusq; Senatoribus proficiſci debuit, atq; eam
ob cauſam, maxime longoq; tempore continuari ho-
nores in ea permanſerint. Nec minus etiam nunc
Mag.cus Andreas de Koſczieliecz, Palatinus Ca-
liſſien, et Capitaneus nr Bidgoſtien, de nobis, et
repub: Regni nri, mereri ſtudeat. Aequum itaq;

putauimus, ut mam vicissim in eum gratiam et mu-
nificentiam declararemus. Itaq3 ipsi Prefecturam
mam, siue Capitaneatum Pizdren', qui nunc morte
Magci olim Erasmi de Crethkow Castellani Gne-
snen', vacat, cum omnibus ad eum pertinen', prouenti-
busq3 et redditibus illius vniuersis, dandum et con-
ferendum duximus, damusq3 et conferimus, presen-
tibus lris mis. Ipse vero de eiusdem prouentibus
mixta ordinationem, ex Inuentario per nos facien-
dam, nobis et fisco nro respondere, quotanni tene-
bitur, et erit astrictus. Ac preterea literas, per nos
illi, ad Capitaneatum Tucholien' concessas, restitue-
re nobis debebit. QVod omnibus quorum interest,
nominatim vero terre Calissien', Dignitariis, Of-
ficialibus, et vniuerse Nobilitati, Proconsuli, Con-
sulibus, Aduocatis, Scultetis, ac omnibus eiusdem
Prefecture, siue Capitaneatus prefati subditis,
denunciantes: Mandamus, ut Mag.cus Andream
de Koszielicz, Palatinum Calissien', et Capita-
neum Bidgostien', pro vero et Illmo Pizdren' Ca-
pitaneo agnoscant, ipsiq3 in omnibus pareant, ac
de redditibus omnibus, de iure et consuetudine Ca-
pitaneis Pizdren', prestari solitis, ac debitis respon-
deant, pro gratia nra. In cuius rei fidem et testi-
monium sigillum nrum presentibus est appensum
Datum in Krasnistaw die XVIII.a mensis Augu-
sti. Anno dni MDLVIII.o Regnorum nrorum XXIX.

Nobilitacio No:
Petri Laurentÿ
Wierzbęski.

N. nomine domini Amen. ad perpetuam eius quod
sequitur memoriam. NOS Sigismundus Augustus
Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Testatum facimus vni
uersis et singulis, ad quos præsentes lrę mre per:
uenerint. Cum nihil magis necessarium, in omnibus
rebuspub: esset, quam constituta in eis virtuti, atq
recte factis præmia esse. Etsi enim ea virtutis ra:
tio sit, ut amplissimam sui mercedem, ipsa in se
propositam habeat, nullusq illms fructus possit,
aut maior, aut præstantior existere, quàm qui po:
situs in ipsa est, id adeo constat, cum ii qui incita:
ti natura, ad studium virtutis sunt, non modo ab
ea, si nullis præmiis orientur, non desciscent, sed
etiam ultro se eius gratia, ad quantumuis ma:
xima pericula offerunt. Existimarunt tñ prudẽ
homines, ita demum plures sectatores eius fore,
si quàm amplissima illius præmia proposita essẽt,
atq si ad illius studia, quæ hominum animis in:
generata sunt, accessiones etiam premioz, velut
stimuli quidam adiungerentur, si quidem natura
comparatum est, ut homines, tum laude, tum etiã
vtilitate proposita, vel ad summa et ardua quẽq
facillim contendant. Itaq etsi illud quidem, si:

xuni perpetuumq3 est, nullam maiorem inita com
ad virtutem esse, quàm ipsam virtutem, tamen, ut
quàmplurimi ad eam incitentur, ni omnibus bene
constitutis rebuspub: proposita, quàm amplissima
eius præmia semper fuerunt. Hinc præter cætera
illius ornamenta, existimt horum tituli, huic nobi:
litatis gradus, ad quos homines, virtute sibi adi=
tus et ascensus patefaciunt. Vt cum antea pari omni
cæteris naturæ condicione orti essent; deinde vir=
tutis commendatione, et velut prærogatiua, ysi illis
excellere incipiant. Inter omnes autem virtutes, qui:
bus vnq3 summi honores tributi fuerunt, præcipua sem:
per virtutum bellicarum laus extitit. Itaq3 hoc præ:
cæteris honores, qui eis virtutibus parantur, ab omni:
bus maxime appeti, huic nomini, huic laudis suæ,
maiorumq3 suorum originem, cunctos ducere, neq3 id
immerito, etenim cum ipsum per se magnum, et lauda
bile est, pro Principum suorum dignitate, proq3 patriæ
salute, propriam salutem in discrimen mittere, atq3 se
periculis obiicere non dubitare, tum multas propterea
summorum officiorum et virtutum laudes, coniunctas
habet, qua enim constantia et fortitudinis, qua pieta:
tis, qua prompti animi, qua fidei, vel in Principes suos
vel in patriam aut, maiora, aut certiora, clariora q3
cuiusq3 officia existere possunt, quàm ea quibus salus
vitaq3 propria impenditur? Quid autem grauius, aut
illustrius, illis ad gloriam existere potest. Itaq3 eis

quorum ſtudia, in hiſce virtutibus præſtiterunt,
ſumma in omnibus rebus pub: honorum præmia ſem:
per propoſita erant. Quod idem vſitatum maiori:
bus nris fuit, qui cum omnium virtutem ornandã
ſibi extollendamq; ſtatuerent, tum inprimis eorum
quorum in rebus bellicis, ni ſe atq; in rempub: fides
et officium conſtitiſſet, id adeo cum ſingulorum, ex
ordine Equeſtri nominis memoria, tum vniuerſi or:
dinis dignitas et ornamenta, legibus patrijs conſti
tuta, non obſcure teſtantur. In quo nos eorum exẽ:
pla libenter ſequimur, atq; in eos, qui virtutem no:
bis fidemq; ſuam probauerint, benignitatem et gra:
tiam nram teſtatam eſſe cupimus. Cum
itaq; Petrus Laurentius Wierzbieſki, ſubditus nr.
parentibus eſſe, mediocri fortunæ conditione, atq;
Cuili ſorte uſus, honeſtis tamen, atq; in omni offi:
cio, multorum, magnorumq; hominum teſtimonio
et commendatione laudatis natus eſſet, ipſe autem
ab ineunte confeſtim ætate, ad nonnullos primores
Aulæ nræ, ſeſe contuliſſet, eorumq; obſequijs obeun:
dis, ita illis officium, fidemq; ſuam probauiſſet,
ut honeſtiſſima eorum iudicia, ac teſtimonia, virtu:
tis probitatiſq; ſuæ referret, cum ſe in omni virtu:
te præſtitit, ut quam fidei atq; officii commenda:
tionem, opinionemq; ſibi pridem parauerat, eam
non modo tueretur, ſed cumularet etiam, auge:
retq;. In diciombus etiam nris, ac aliis externis

Dominus, in rebus bellicis, fideliter ac strenuè ita se
gessit, ut semper, tum ad nobilitatem, tum ad sum-
mos honores aditus virtuti illius, patuerint. Itaq;
ne ea tot, vel naturæ, vel studii virtutes fortunæ, in-
uria diutius, in obscuro iacerent, atq; cæterorum ad
similem virtutum imitationem studia, tardentur, faci-
endum nobis putauimus, ut eumipsum Petrum Laure-
tium Wierzbieski, eiusq; posteros strictè descendentes
sexus vtriusq;, pleno iure Regni in Ordinem Equestrem
adscriberemus. Quod cum constitutum nobis esset, Ve-
nerabilis Raphael Varganski, Præpositus Crac. Wla-
dislavien., Sendomirien.q; Custos, Secretarius, et Te-
stamenti nri Notarius, præsens, eum in familiæ suæ insi-
gne cooptauit, atq; supplicauit nobis, ut eam coopta-
tionem firmam ratamq; haberemus. Itaq; adscribimus
eum supramemorata familiæ, ac ei damus, illius arma,
quæ vulgo Rolicz nuncupantur. Rosam nempe alba
nemoribus circumdatam, in campo rubeo insidentem,
supra quam erecta galea existit, eiusdemq; verticem
rosa rubea, duobus nemoribus circumdata complecti-
tur, ita uti præsenti pictura, propontur inspiciendum.
Quibusquidem insignibus, nobilis hic Petrus Laure-
tius Wierzbieski, posteriq; eius, et publicè et priuatim
utentur, ut cæteri qui Equestris Ordinis locum à ma-
ioribus suis sibi relictum obtinet, ad quem eundem
ordinem illum posteros q; eius strictim, integro iure Re-
gni nri, per præsentes literas adscribimus, concedentes

ei. posteriſq3 eius, iura, priuilegia, immunitates,
prærogatiuas, quibuscunq3 nobilitas Regni nri
Sexomörumq3 Regum maiorum nrorum benefciis
atq3 virtute sua quesitis vtitur. Tribuimusq3 illis
par atq3 æquale, cum vniuersa nobilitate nra, ius
Regni, ita ut in iudicijs, et actionibus, tam foren-
sibus, quàm priuatis muneribus, functionibusq2 pu
blicis, officijs, honoribus, dignitatibus, Spirituali
bus et Secularibus, Denigz in omnibus, quæ vel pu
blicam, vel priuatam rem attingunt, ita uti iam au
thoritate nra decretus illi nobilitatis honor est,
pro nobilibus habeantur. Quod vniuersis et singu
lis, cuiuscunq3 Status, gradus, aut conditionis, Præ
sertim verò, &c, qui Equestris Ordinis sunt, subdi
tis nris denunciamus, mandantes, ut nobilem Pe
trum Laurentium Wierzbieſki, eiusq3 Illmam po
steritatem, pleno iure Regni nobiles agnoscant,
habeantq3 atq3 eos se erga illum in omnibus nego
cijs, tum publicis, tum priuatis, præstent, quos er
ga cæteros Regni nri nobiles. In quo tametsi cõ
fidamus, quemq3 officio suo vsurum esse, futurúq3
memorem, quod initium maioribus suis nobilita
tis extitit, idem his quoq3 existere, et in quo pri
mum loco quæstus ab eis, sibi, posteritatiq3 suæ, no
minis honos est, eodem ab illis quoq3 parium esse,
ut nihilo sanè minus, in maiores suos, qui eis nobi
litatem quiq3 ornamenta hæc, quibus iure Regni

frequentur, ab se parta relinquerent, atq3 adeo in se:
ipsos iniurii fuerint, qui laudi quiq3 nomini eius
quicq3 obtrectare conentur, tamen ne quis impor:
tunitati, aut malevolentiae cuiusq3, in eo carpendo
locus sit, decernimus, atq3 id praesentibus lr̃s in per:
petuum statuimus, ut si qm̃s maledice illis. posterisue
eius detrahere ausus erit, paenã trium millium an:
ceorum vngaricorum, teneatur, Cuius dmidium parti
iniuria lesae, dmidium fisco m̃o cedet. In cuius rei
testmonium. etc. Datum Krasnostavii xx die Au:
gusti. Anno domini M.D.L VIII.o Regni n̄ri xxix.
Praesentibus, Rndis, Magcis Venerabilibus et Ge:
nerosis. Iacobo Vchański, nominato Cuiavien̄, Ioanne
Przerembski, nominato Chelmen̄, et Regni n̄ri Vice:
cancellario, Epis̄, Stanislao Maczieiowski, Sendomi:
vien̄, Curiae n̄rae Marssalco, ac Luibomlien̄, Zamicho:
sten̄q3 Capitaneo. Nicolao Trzebuchowski, Gnesnen̄
Cubiculi m̄ri Praefecto, Burgrabio arcis m̄ae Crac̄.
ac Brzesten̄, Rogoznen̄, Lelowien̄q3 Capitaneo, Ca:
stellano. Ioanne de Ocziessno, Regni n̄ri Cancellario,
Crac̄. generali, ac Osswienczmen̄, Zatorien̄, Ducatu:
um. Sandecen̄, Olstmen̄q3 Capitaneo, necnon terrae Crac̄
Succamerario, Alberto Starzechowski, Alberto Sta:
rozrzebski, Cantore Crac̄, Archidiacono Dobrzmen̄
et Plocen̄, Stanislao Karnkowski, iuris vtriusq3 Do:
ctore, Gnesnen̄, Curiae n̄rae Referendario, Andrea
Przerembski Crac̄ Stiborio Krzikowski, Scholasti:

co Wladislavien. et Crac. Canonicis, et Secretarijs
nris. Et alijs quàmpluribus Dignitarijs, Officialibg.
et Aulicis mis circa præmissa exñtibus. Datum per
manus præfati Rendi in Chro patris domini Ioannis
Przerembski, cromінati Epi Chelmen. et Regni Po-
loniæ Vicecancellarii.

Sigismundus Augustus.
Rex 1531.

Libera incisio lignorum, in borris seu silvis ad Capitaneatum Czernen specłan No: Stanislao Goiski.

In nomine Domini Amen. Perpetua esto huius rei memoria. Quum caterarum memorabilium rerum tum vel maxime liberalitatis principum, vtile est exstare memoriam, non solum ut similis munificentiæ spe, cateri ad virtutem, et bene de Principibus merendum, nitantur. Sed etiam ut ea ipsa liberalitas, iis in quos beneficium confertur, quàm diu durante testimonio possit esse diuturna. Nos igr Sigismundus Augustus. Dei gratia Rex Poloniæ. Significamus. etc? Adductos nos esse certorum Consiliariorum nostrorum precibus, pro nobili Stanislao Goiski. Ge-

nerosi Hieronimi Koriczki. Stabuli nri Praefecti, ere:
poté, pro illo apud nos interpositis, vt daremus, sicuti
qmdem hris hisce nris damus, tam ipsi quàm etiam ei:
bus ems succbus sexus vtriúsqz, ac Colonis et subdi:
tis ems vniuersis, ad villas seu sortes hereditarias, in
Gosd, Zdzari. Volia Goiska, et Trampki, in borris sev
villis Stromiecz, et Volia Stromieczka, bonis nris Re:
galibus, ad Capitaneatum Czernen spectan, tam ad
edificia Curiæ tantum, quàm ad foci vsum, arborum
et roborum omnis generis, ac lignorum siccorum, tempo:
ribus perpetuis. Colonis autem pro foco et sarpibus, tan:
tum incidendorum, et euehendorum potestatem. Quod
omnibus quorum interest: nominatim verò Generoso Fe:
lici Pariss, Subiudici, et Capitaneo nro moderno Czir:
nen, ac alijs pro tempore exnibus Czernensibus Capi:
taneis denunciamus et mandamus, ut hoc beneficium,
nrum, in Nobilem Stanislaum Goisky, emsqz Succes
sexus vtriusqz, ac Colones et omnes subditos colloca:
tum, eisdem secundum hoc diploma nrum ratum omnino
et firmum ac perpetuum esse velint. Quod ut illi et po:
steris ems esset certius hrás has nrás, manu nrá sub:
scripsimus, et sigillo nro curauimus obsignari. Datt.
in Krasnistaw die xx. mensis Augusti. Anno
domini M. D. L. VIII°. Regni nri xxix.
Pntibus ut sup.

Sigismundus Augustus
Rex manu

Consensus in reforma tionem, per G: olim Petrum Boratinski Castellanum Belzen etc: G: Barbara de Dziadossicze vxori suae in bonis Regnis, vczt Drozdo wiçze et aduocatia Sczirze cen, factam, eideq3 super pre dicta bona aduitalitas.

Supp. Sigismundus Augustus, etc? Significamus, etc? Quod cum Generosus olim Petrus Borathmiski, Castellanus Belzen?, et Capitaneus m? Samborien, reformationem sufficientem, in medietate omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatorionum, tum et summis peccuniarijs in bonis m?is Drozdoweze et Aduocatia Sczirzecen? habitis. Generosae Barbarae de Dziadossicze, coniugi suae ill?mae, cum consensu m?o, atq3 aduitalitatem super earipsa bona m?a, apud nos eidem expediuisse, feciisse diceretur. Quia tamen de eoipso consensu, atq3 aduitalitate, ipsi Generosae Barbarae de Dziadossicze, nihil constare; propterea quòd amici Generosi Petri Borathmiski, l?as omnes post mortem ipsius, ad se recepissent. Supplicatum est nobis, praedictae Generosae Barbarae de Dziadossicze, praenominati olim Petri Boratinski, relictae, nomine, ut illi in eo casu clementer prospicere dignaremur.

Nos itaq3 qui afflictis et oppressis, praesertim verò orphanis, ex officio, et debito nr̄o Regio, subuenire tenemur. Supplicationibus eiusdem Generosae Barbarae, et Consiliariorum nr̄orum mi̇terce̅ssionibus adducti, in reformationem per Generosum olim Petrum Boratbinski, in bonis nr̄is Regn̄is Drozdowcze et Aduocalia Szczirzecen̄, ac alijs quibusuis, siue summis in eisdem inscriptis, factam, si quidem antea non consenseramus, consentiendum duximus, consentimusq3 sr̄is hisce nr̄is, eam aequè ratam et firmam esse volen̄, ac si eam ab initio consensus nr̄ antecessisset, citra tamen augmentum et excessum summarum originalium. Volentes insuper gratiam et clementiam nr̄am Regiam, in ipsam Generosam Barbaram de Dziadosslicze testatam facere, ipsam in possessione pacifica, et vsufructu libero, eorum omnium bonorum nr̄orum in quibus illi à marito ipsius Generoso olim Petro Boratbinski, reformatio est facta, conseruandam et relinquendam duximus, conseruamusq3 et relinquimus praesentibus literis, ad vitae eiusdem extremа tempora. Promittẽn verbo nr̄o Regio pro nobis et nr̄is Succ̄bus, nemini nos nec Succ̄res nr̄os, ipam de eisdem bonis reformatorn̄is, redimere permissuros Verum eam in eorum possessione et vsufructu, quàm diu vixerit, conseruaturos. Iuribus nihilominus mr̄s saluis ibidem manen̄. In cuius rei fidem etc? Datt K rasnostawii ipso die Sancti Bartholomei Anno

Domini M. D. L. VIII.° Regni mei XXIX

Rsio ut supra.

Confirmatio extractorum infrascriptorum pro parte honestæ Barbaræ olim Ioannis Ialowi vxoris et filiorum ipsius Valentini et Stanislai

Sigismundus Augustus &c.

Significamus præsentibus lris quorum interest vniuersis. Exhibita esse nobis extracta certa in papiro scripta, ex libro Scabinorum Pilznen. sub sigillo eorundem, pro parte famatorum et honestæ Barbaræ olim Ioannis Ialowi, de minori Suburbio Pilznen vxoris, et filiorum ipsius Valentini et Stanislai, inscriptiones certas bonorum, prædicto olim Ioanni Ialowi factas, in se continentia, salua sana et integra, nullaqz in parte suspecta. Supplicatumqz ut ea autoritate mra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur, quorum tenor de verbo ad verbum sequitur talis. Iudici:

um, bannitum, expositum, ffrmè celebratum, feria
sexta proxima, post dominicam Conductus Paschæ
per Viceaduocatum Ioannem Gladiatorem, et se:
ptem Scabinos iuratos, anno millesimo quingente:
simo, quadragesimo septimo. Coram praesentia
eiusdem bannitj iudicij, dominus Viceaduocatus
iuratus vnà cum Scabinis iuratis, Prouidum Jaco:
bum Szarad et Leonardum Ziemba, quibus ius
sequellam dedit, in solidum recognouerunt, quomo:
do coram praesentia eorundem, protunc in mercipo:
to exstium, in domo Antonii Popiolek vocati, ex
parte Circumspectorum, Ioannis Zichowicz, et Jo:
annis Jalowi, ibidem coram praesentia eorundem
Ioannis Zich, liberè recognouit non compulsus nec
coactus, sed liberè matura prehabita deliberatio:
ne habita, quia vendidit, Prouido Ioanni Jalowi
Cmetom de Slotowa, domum suam cum orto, pome:
rio, agris, ita latè, longè, et circumferencialiter, pro:
ut antiquitus dicta bona se extenduntt, in suis li:
mitibus, iacentia inter Predium, famati domini Ma:
tiæ Zemelka, parte vna, et domini Stanislai Ha:
nek, predium, partibus ab vtrisq3 sub Ciuitate Pil:
znen, necnon et agros iacen, supra fluuium Wy:
sloka, inter agros. Generosi domini Aduocati, hæ:
ditarii Pilznen, partibus ab vtrisq3. Quod Pre:
dium antiquitus vocabatur Chocholomski, pro sum:
ma centum sexaginta et sex marcarum, pecuniæ

communis, moneta et numeri Polonicalium in quam
libet marcam grossos quadraginta octo computando
quod forum Ioannes Jalowi iuri solidarit. Idem
cum eodem. Coram presentia eiusdem iudicii
banniti, dominus Viceaduocatus, vnà cum memora-
tis iuratis, fecerunt personalem relationem, qui-
bus in sequellam dedit, recognouerunt. Quomo-
do coram presentia eorundem, ibidem comparens per-
sonaliter, honesta Caterina, vxor ipsius Ioannis Zich
stima, personaliter stans, per hominem liberè reco-
gnouit, quia consensit marito suo, super forum, quod
fecit, cum Ioanne Jalowi, quem consensum iuri gs
solidv. Idem. Coram presentia eiusdem iudicii
banniti, comparens personaliter, Circumspectus Jo-
annes Zichowicz, exns non compulsus, neq; coactus
sed liberè, et spontaneè, vnà cum Honesta Cateri-
na Coniuge sua, personaliter stante, ad hec con-
sentiente marito suo; manu stipulata recognouc-
runt, quia receperunt à Circumspecto Ioanne Ja-
lowi, super dictum forum, marcas centum et sede-
cim, essencialis summa, praditamentum, de qui-
bus perceptis eundem Ioannem Jalowi. Idem
cum eodem. Coram presentia eiusdem bannni iu-
dicii, Comparens personaliter Circumspectus Jo-
annes Zichowicz, liberè fassus est, vnà cum Con-
iuge sua, Catherina stima, quia postq; expira-
runt quatuor anni, incipiendo à moderno curren

amo, extime ipse Ioames Zich, tenebitur, atq3 pred:
sentibus obligat², de dictis bonis condescendere Ialo:
wemv, et Ialowi tenebitur sibi reponere quinquagm:
ta marcas, et ea summa accepta, iam tenebitur sibi
bona predicta resignare, ad qua omnia consensit
Zich et Ialowi, gl̃q3 proprio iuri solid, absq3 quous
iuris strepitv aut excusatiombus et deffensiombus
Idem. Coram presentia emsdem iudicii banniti, co:
parens personaliter Ioames Ialowi, in presentia Io:
annis Zichowicz, hoc sibi reformauit in tempora et
hora debitis, quia ipse Ioames Zichowicz, exns in
vtifruitione dictorum bonorum, taliter vendito⁹
non debebit desertare, nec edificia annihilare, tum
etiam et sepementa, sed taliter pro illo tempore red:
dere cum eisdem edificiis, prout nunc sunt, quod
gl̃ iuri, solidauit Ialowij. Iudicium celebrabat²
feria sexta, in octaua S. Martini Anno domini mille:
simo, quingentesimo, quinquagesimo septimo. Com:
parens personaliter, coram presentia, emsdem ban:
niti iudicii, Ioames Zich liberè fassus est et reco:
